



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,
feruenterq. celebrandum disponatur**

Poiré, François

Romæ, 1639

Petitio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53152)

132 *Die Luna*

benedictum filiū tuū,
Deum, & hominem,
omnipotentem, & in-
firmum: despectum, &
gloriosum: miracula
facientem, & in cruce
pendentem tibi offero.

P E T I T I O .

*S. Aug.
Med. 5.
cap. 36.*

TV verò, Domine
IESV, mitte ma-
num pietatis tuæ in
me, & tolle de me,
quicquid offendit ocu-
los pietatis tuæ in me.
Coram te, Domine est
sanitas, & infirmitas
mea;

Petitio . 133

mea; illam precor ser-
ua, istam sana: Sana
me, Domine, & sana-
bor; saluum me fac, &
saluus ero. Tu, qui in-
firma sanas, & sanata
conseruas: tu, qui so-
lo nutu tuo restauras
diruta, & collapsa. Si
enim dignaris in agro
tuo, corde meo serere
bonum semen, necesse
est, vt manu pietatis
tuæ spinas prius euel-
las vitiorum meorum.
Dulcissime, benignis-
sime, amantissime, ca-
rissime, desideratissi-
me, amabilissime, pul-
cher-

134 *Die Luna*

cherrime, infunde ob-
secro multitudinē dul-
cedinis tuæ, & carita-
tis tuæ pectori meo, vt
nihil terrenum, nihil
carnale desiderem, vel
cogitem: sed te solum
amem, te solum habeã
in corde, & in ore meo.
Scribe digito tuo in
pectore meo dulcem
memoriam tui melli-
flui nominis nulla vn-
quam obliuione delen-
dam. Scribe in tabulis
cordis mei volūtatem
tuam, & iustificatio-
nes tuas, vt te immen-
sæ dulcedinis Dominũ,
&

Petitio. 135

& præcepta tua semper, & vbi que habeam præ oculis meis. Succende mentem meam igne illo tuo, quem misisti in terram, & voluisti vehementer accendi.

Anima Christi, &c.
fol. III.

Igniculi pietatis.

V Erè scio quod ita sit quòd non iustificetur homo compositus Deo, &c. *Iob. 9.*

Dicam Deo, noli
me

136 *Die Martis*

me condemnare : in-
dica mihi cur me ita
iudices, &c. *Iob 10.*

Nemo te condem-
navit, nec ego te con-
demnabo; vade, & iam
amplius noli peccare.

Ioan. 10.



DIE